

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 3: De periculosis Caput 36: De arguitione (7)

Idem (Augustinus), in *Regula*:

Quando necessitas disciplinae,
in moribus corrigendis,
dicere vos dura verba compellit,
si etiam in ipsis modum vos excessisse
sentitis, non a vobis exigitur, ut
a vobis subditis
veniam postuletis: ne apud eos,
quos oportet esse subjectos,
dum nimium servatur humilitas,
regendi frangatur auctoritas.
Sed petenda est venia ab omnium
Domino, qui novit eos,
quos plus iusto

corripitis, quanta benevolentia diligatis.

Quando autem necessitas disciplinae,
minoribus coercentis,
dicere uos uerba dura compellit,
si etiam in ipsis modum uos excessisse
sentitis, non a uobis exigitur, ut
ab eis
ueniam postuletis, ne apud eos
quos oportet esse subiectos,
dum nimia seruatur humilitas,
regendi frangatur auctoritas.
Sed tamen petenda uenia est ab omnium
domino, qui nouit etiam eos,
quos plus iusto
forte
corripitis, quanta beniuolentia diligatis.

Augustinus Hipponensis, *Regula tertia
uel praeceptum*, 6.3 (L. Verheijen ed.,
pp.434-5, ll.209- 215).